Fragmentarium

ſtatuit animarū. ut credant ſe ætnaſ ha
bituroſ diuitiaſ. qui pro eiuſ nomine tē
poraleſ opeſ habere noluerunt; Inde
denique narrauit nobiſ magiſter nr̄ de
quodā diuite qui epulabatur cotidie. &
fulgebat in auro & purpura. ad cuiuſ
foreſ iacebat mendicuſ lazaruſ nomine
qui cupiebat t micaſ que demīſa eiuſ ca
debant accipere. & nemo illi dabat;
Contigit autē ut una die ambo deficerent.
& ille mendicuſ duceretur in requiem.
que .ē. in ſinu abrahe. ille autē diueſ mit
teretur in flammā incendii; Vnde &
leuanſ oculoſ uidit abrahā a longe &
lazarū ſedentē in ſinu eiuſ. & exclamauit
dicenſ; Patē abrahā mitte lazarū ut
intinguat extremū digiti ſui in aqua
ut refrigeret oſ meū. quia crucior in
hac flamma; Cui reſpondenſ abrahā.
dixit; Memor eſto fili quia recepiſti
bona in uita tua. lazaruſ uero ſimilit
mala; Nunc ū iſte conſolatur. tū ū
cruciariſ; Et in hiſ omib; chaoſ magnū
int̄ noſ & uoſ firmatū .ē. ut nequiſ
inde huc neque hinc illuc tranſire poſ
ſit; Ad hec ille reſpondit; Sunt mihi
quinq; frſ. obſecro ut ſurgat aliquiſ
qui moneat eoſ. ne huc deueniant in
hanc flammā; Cui abrahā ait; Ha
bent moyſē & prophaſ. audiant eoſ;
Ad hec ille reſpondit; Non dn̄e. niſi
reſurrexerit aliquiſ non credent; Cui
dixit abrahā; Si moyſen & pphetaſ
non audiunt. nec ſi aliquiſ reſurre
xerit poterunt credere; Hoſ autem
ſermoneſ ſuoſ. dn̄ſ & magiſter nr̄ uir
tutū firmabat exempliſ; Nā cū dicerent

ei quiſ inde huc uenit. ut credamuſ [illegible]
Deferte huc mortuoſ quoſ habetiſ; Cumque
ad portaſſent coram illo corpora mortuorū.
uelut dormientia excitata ſunt ab eo.
Et dabant fidē cunctaſ ſermonibuſ eiuſ; Sed
ut quid ego de dn̄o meo referā. cū in pſenti
ſint quoſ in eiuſ nomine ſuſcitaui uobiſ pre
ſentibuſ. In eiuſ nomine & paraliticoſ
curatoſ uidiſtiſ. & leproſoſ mundatoſ.
& cecoſ illuminatoſ. & homineſ a demonib;
liberatoſ. Sed haſ uirtutū opeſ habere
non poſſunt. qui uoluerint diuitiaſ habe
terrenaſ; Denique uoſ ipſi quando ad
infirmoſ intraſtiſ. inuocato nomine ihu
xpi. ſaluati ſunt; Fugaſtiſ demonia.
etiam excecaſtiſ lumina reddidiſtiſ;
Ecce ablata .ē. haec grā a uobiſ. & facti
eſtiſ miſeri. qui eratiſ forteſ & magni;
Et cū tantuſ timor erat in demonibuſ. ut iuſſu
urō obſeſſoſ homineſ derelinquerent. modo
uero timebitiſ uoſ demonia; Amator enī
pecuniarū. ſeruuſ .ē. mammone; Mam
mona autē demoniſ nom̄ .ē. cuiuſ qui lucriſ
carnalibuſ pre .ē. & dominatur hiſ qui di
ligunt mundū; Ipſi autē amatoreſ mundi
non poſſident diuitiaſ. ſed ipſi a diuitiiſ
poſſidentur; Nā cū ſit unuſ uent̄. & ſint
repoſita tanta que mille uentrib; ſatiſ ſint.
& cū ſit unū corpuſ. & ſint tante ueſteſ que
mille hominū corporib; pbere ualeant in
dumenta. utiq; quod uti non poteſt cuſto
ditur. & cui cuſtodiat̄ omino neſcitur; Di
cente ſpū ſcō p pphetā; Vane conturbatur
omīſ homo. qui theſaurizat & ignorat cui
congregat ea; Nudoſ noſ fudit in lucem
partuſ mulierū. egenteſ cybo. amictu po
culo. nudoſ noſ recipiet terra quoſ edidit;

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.12, 9v – Passiones et Homiliae sanctorum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vfyk/5161/49418)